

Aduertencias para  
coþus Compostelle. Et est communis, & in  
dubita sententia.

¶ 8. **O&aacute;a conclusio.** Confessarius Regu-  
laris [approbatus ad audiendas confessiones  
secularium, iuxta formam Concilij Tridéti-  
ni] ex commissione sui Prouincialis potest  
dispensare cum his qui post votum simplex  
castitatis matrimonium contraxerunt ad pe-  
tendum debitum, & hoc in foro conscientiae.  
Probatur ex yiuę vocis Oraculo Pij. 5. facto  
Patri Fratri Ioanni de Aguilera Commissa-  
rio Romano, die, 26. Octobris anni Domini  
1569. per quod concessit Ministris Prouin-  
cialibus Ordinis Minorum, ut possint com-  
mittere confessoribus approbatis [iuxta Cō-  
ciliij Tridétni decretum] au&toritatem dispe-  
nsandi cum his qui ante matrimonium vole-  
runt castitatem, ut licite possint petere debi-  
tum, & hoc in foro conscientię tantum. Ha-  
betur authenticum in conuentu Sancti Augu-  
stini de Mexico, & in Archivo Sancti Fran-  
cisci. ¶ Circa hanc concessionem tria ad-  
vertit noster Emmanuel Tom. 1. qq. regul. q.  
63, art. 2. Primum, q̄ ille qui post votum ca-  
stitatis matrimonium contraxit, non potest  
ab uxore sua debitum petere licet possit red-  
dere